



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De vulneribus à pluribus inflictis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

semper qui non prohibet. in fin. ff. de reg. iur. quamobrem adhuc in atrocioribus criminibus censet, non esse locum poenae ordinariae propter ratihibitionem, siquidem omnes auctoritates, quibus probatur, ratihibitionem in delictis puniendam esse, non in ordinaria poena, sed in extraordinaria loquuntur, quod aliquot Doctores scripserint in ca. 1. de homicid. in 6 & tradiderit perplexo Ludo. Carrer. in pract. cri. tit. de homicidio. §. circa. nu. 195. etenim aequitas, quae dicit ratihibitionem in delictis retrorahi, eadem persuadebit, non debere ordinaria poena ipsius delicti puniri eundem ratum habentem ex hac legis fictione.

Secundo existimo ex mente Bart. & aliorum deduci, quod ratihabitio idem operetur in crimine adulterij, & similibus, quod in aliis: si ad iniuriam inferendam potius quam ad satisfaciendum libidini committantur. sic ipse ratum habens non punitur pro adulterio, ut adulter, sed pro iniuria ex adulterio illata. idem explicat Salycet. & Bald. in d. l. non ideo minus. 12. quest. Ludovic. Carrer. in dict. §. circa. nu. 190. notat Felin. in d. c. mulieres. col. 2. ubi asserit, punitionem istam ad extraordinariam poenam arbitrio iudicis pertinere.

Quibus illud libenter adijciam, maximam esse discriminis rationem inter censuram excommunicationis, & irregularitatem. Nam excommunicatio fertur in percipientes clericum ob iniuriam ipsi percusso, & ordini ecclesiastico illatam. hęc vero iniuria etiam infertur per ratihibitionem eius percussioni, quae nomine ratum habentis fuerit illata: atque ideo in dict. c. cum quis. iuste excommunicatio statuitur aduersus ratum habentem percussorem clerico illatam. Secus autem quo ad irregularitatem, quae in hac materia homicidij requirit actum occisionis, vel mutilationis membri culpa praevia contingentem: sicuti passim in rubr. de homicid. probatur. Qui quidem actus non contingit per ratihibitionem vere, nec vera culpa eum precedit. His accedit, quod ratihabitio nusquam in criminibus operatur effectum principale, aut culpa dignum notabili, quoties ad ipsum crimen requiritur praevia machinatio, tractatus, aut dolus. Etenim in hoc casu non est ad poenam sufficiens ratihibitio. cuius assertiois probatio constat in cap. 1. ubi glo. & Panor. de convers. infidel. non enim ratihabitio habet effectum machinationis in mortem coniugis ad impediendum matrimonium: quia ea machinatio praecedere debet, atque actum praevium requirit. atque ideo ratihabitio non potest eandem punitionem inducere, quod not. Domin. in c. cum quis. de sent. excommunicationis. in 6. & est communis opinio in c. 1.

Illud praetermittendum non est, quod si quis rati habitus beat crimine eius nomine non commissum, minime incurrit excommunicationem, nec irregularitatem: licet peccet. Nec enim est dubium, hanc ratihibitionem peccatum esse: quod probat text. in d. cap. cum quis. 2. eius parte. ubi Ioan. And. Domi. & Francus existimant, hoc peccatum esse veniale, non mortale, quae quidem interpretatio falsissima est: quia delectatio actus mortalis mortale peccatum est: sicut & veniale erit, si fit ipsa delectatio de actu veniali. text. opt. in c. sed pensand. 6. distinct. c. si quis. de poen. dist. 1. c. a. presbyteri. 34. d. ff. c. non oportet. in 2. de consecrat. dist. 5. not. S. Tho. & Caiet. 1. 2. q. 84. art. 8. & 2. 2. q. 154. art. 4. denum in hac specie, qua tractamus, hoc ipsum tener Caieta. in summa. in verbo spectacula. & aduersus Ioan. And. & alios expressim Martinus Azpilcueta in c. inter verba. 11. q. 3. co. 46. quod notandum est, ne quis decipiatur frequentissima Canonistarum opinione.

Hęc igitur explicare libuit in tractatu ratihibitionis quo ad poenam irregularitatis, scio etenim plerumque in ea errari ex eo, quod poena ista ceteris similis existimetur: cum tamen passim compertum sit, eam non esse omnino ad aliarum poenarum rationem censendam: siquidem proprias, ac peculiarias habet condiciones, ex quibus est quælibet hac in re controversia definienda.

§. SECUNDVS.

De vulneribus à pluribus inflicis.

S V M M A R I A.

- 1. Consilium, quando irregularitatem inducat: & quid quo ad aliam poenam commissi criminis.
- 2. Ausilium, vel opem prestans homicidio, quandoque irregulari censetur.

- 3. Pluribus eundem hominem vulnerantibus, an omnes sint irregulares.
- 4. Vulnera ab uno illatum, quando ei imputetur ad homicidium, si vulnerata ab alio examinatus fuerit.
- 5. Vulnera mortiferum ab uno tantum illatum: an omnes praesentes confilii efficiat irregulares?
- 6. Animus occidendi an consideretur, ubi vulnera mortiferum non est, & non vulneratus ab alio occiditur?
- 7. Qui non obuiat homicidio ab alio committendo, an sit irregularis?
- 8. Homicidium commissum à famulis, vel conseruantibus, an imputetur, si cuius gratia perpetratum fuerit.
- 9. Mors facta ex imperitia medici vel culpa vulnerati, an efficiat vulneratum irregularem?

Quinto colligitur irregularem esse eum, qui consilio homicidio, aut mutilationi dederit. text. in c. §. quatuor. duam. 50. distinct. c. 2. de cler. pugnant. in duello. c. si quis dignum. §. clericos. de homicid. quod probatur, quia regulariter ex consilio in delictis quis tenetur. c. super de sent. excommunic. l. 1. §. per se. de re. ff. de seruo corrupto. l. sepe. ff. de ver. signis. ubi hoc tradi solet. quibus in locis omnes iuris vtriusque interpretes in hoc conveniunt, quod ex consilio quis teneatur ad poenam criminis, & irregularis sit, si consilium datum fuerit ei, qui alioqui non erat illud crimen commissurus, etenim in eorum tota versatur controversia, qui consilium dedit ei, qui nihilominus erat facturus. Nam text. elegans in l. non solum. §. mandato. ver. Avilicini. ff. de iur. probat. ex consilio quem non teneri, ubi is, cui praestitum est, erat delictum illud alioqui facturus. ad idem opt. text. in l. sepe. ff. de verbor. signis. gl. in ca. §. dignum. §. qui vero. & ibi text. de homic. gl. in c. per de sent. excommunic. ni. glo. in §. ope. inst. de oblig. qua ex delict. nascuntur. Bart. in d. l. sepe. de Fran. in reg. nullus de regul. iur. in 6. Deci. in l. consil. ff. de reg. iur. Felin. in d. §. quia vero. Abb. Felin. & Deci. in c. 1. de offic. deleg. quorum Opinio Communis, eamque las. sequitur in §. astiones. nu. 3. de alien. nib. Attamen in d. §. qui vero. in princ. constat, etiam hoc consilium puniendum fore: siquidem inibi puniuntur qui reguli alioquin facturo consilium dederunt. Dynus item in d. regul. nullus ex consil. Bartol. in d. c. §. si mandato. col. penult. Imol. in Clement. 1. de panis col. 5. Angel. de Maleficiis. in verb. Sempronian. mandatorum. q. 22. in specie tenent, ex consilio quem puniendum esse, siue ille, cui praestitum fuit, erat alioqui facturus, vel non. Hoc ipsum Bal. in criminibus atrocioribus saltem admittit in l. 1. col. 2. C. de seruis fugit. per text. in c. iudic. de poen. in 6. cui opinioni refragatur Felin. in d. c. 1. de offic. deleg. contrarium probans ex d. c. si quis dignum. ubi cum ageretur de homicidio Archiepiscopi, sit distinctio quo ad punitionem, an ille, cui consilium datum est, esset alioqui facturus, vel non. Et profecto prior Baldi sententia minime probante in d. c. felixis quidquid dicat Deci. in d. c. n. 9. secutus Bald. qui etiam sequuntur Hippol. in singul. 665. & Ludovic. Carrer. in pract. crim. si. de homicid. §. circa. nu. 164.

Verum distinctio praemissa communi omnium fere consensu recepta est: nam & eam esse communem opinionem fatentur Alber. in l. ob. hac verba. ff. de his, qui notant. in sum. nu. 3. Deci. in d. c. 1. nu. 9. & in d. l. consil. ff. de reg. iur. nu. 4. Felin. in d. c. si quis dignum. nu. 7. Lud. Carrer. in d. §. circa. nu. 163. & vere hanc sententiam iure magis probari poterit in hunc equidem sensum, quod dans consilium alioqui non facturo eadem poena puniatur, secundum omnes: vero, qui consilium dederit alioqui facturo, puniatur sane, sed mitiori poena, iudicis arbitrio: quemadmodum Deci. in d. l. consil. §. in d. cap. 1. expressim tenet post Ang. in l. 1. qui opem. ff. de iur. & in l. in iur. §. ope. ff. eod. Capol. conf. 27. col. penult. idem not. Ludovic. Carrer. in d. §. circa. nu. 163.

Quamobrem etiam in atrocioribus eadem distinctio admittenda est: ita tamen, vt in his criminibus consulens alioqui facturo, non ordinaria poena delicti, sed extraordinaria, maiori tamen quam in aliis communibus delictis puniendus sit. Atque hoc ipsum ex mente Bald. & aliorum ipse deduco: tamen quidam expresse contrarium notaverint. Sic sane text. in dict. §. ope. dum dixit, ex consilio non teneri quem furti, est intelligendus, quod poena ordinaria non teneatur, sed mitiori, qui furti committendi consilium dederit, qui alioqui furtum commissurus erat.

Sed si quis consilium dederit alioqui facturo, & is non commiserit crimen in eam personam, cui consilium datum est, sed in aliam: non est consulens aliqua poena puniendus, secundum Bald. in c. 1. col. 4. quib. mod. feud. amitt. cuius opinio est de poena ordinaria intelligenda: quasi velit Bal. post Fern. ibi, aliud dicendum fore, ubi quis consilium dederit ad crimen committendum in ipsam personam, cui consilium datur.



ita quod non sit certum ex eo mortem sequituram, licet appareat mortiferum: & percussus fuerit aliis illatis vulneribus exanimatus: hoc casu, non tenebitur primus percussor de occiso, sed de vulnerato: atque ita intelligendus est text. in d. §. Celsus. cum similib. eandem distinctionem sequitur Ias. in l. si ab hoste ff. solut. mar. n. 9. Capol. cantel. 5. Lud. Car. in pract. crim. tit. de homicid. §. 2. n. 68. & seq. in d. l. hinc scriptura. in verbo, mortifer. Ioan. Igeus in l. 1. §. si quis in villa. n. 66. ff. ad Syllaniam. quorum distinctio videtur frequentiori Doctorum calculo recepta. idcirco & secundum hanc distinctionem erit iudicandum de irregularitate, ut quoties vulneribus illis morte de occiso, etiam si irregularis sit: non sic alio casu. quod not. in specie Card. & Anan. nu. 31. in d. c. significasti. Contrarium tamen in pena irregularitatis tenuerunt glo. Ioan. Andr. & Abb. ibi: quos sequitur Gonzalus à Villadiego in tract. de irregularitate c. de per. affore. col. 3. quali iure Pontificio quo ad irregularitatem, per text. in d. c. significasti. certum sit, quod percussus mortifere sit irregularis, etiam si vulneratus ab alio fuerit exanimatus: quamvis certum non sit, imo dubium, ipsum vulneratum ex priori vulnere moriturum, si ab aliis non foret iterum percussus, & exanimatus: quam opinionem dicens eam esse communem, sequitur. Ioan. Igeus in d. §. si quis in villa. & profecto hæc sententia tutior est: tamen si vere discussio text. in d. c. significasti. sit intelligenda secundum iuris Cæsarei distinctionem: ex qua poterit pendere, quod in d. c. significasti. quo ad istum tertium casum clericus minime censetur irregularis, quoties apparet, vulnus ab eo illatum non fuisse lethale, irregularis vero censetur, ubi constat, vulnus ab eo illatum fuisse lethale, vel de hoc extat dubium, attamen neutro casu discerni potest, quo ex vulnere percussus perierit, ex primo, an ex secundo, vel tertio: tunc enim iustissime constituitur irregularitas: quemadmodum statim dicemus. At si primum vulnus fuerit lethale, & constitit, ipsum percussum extinctum fuisse, & exanimatum ex secundo vulnere: hæc questio minime definitur in d. c. significasti. secundum Anan. ibi. & ideo est definita ex prima distinctione, qua adduximus ad iuris civilis intellectum.

Est tamen adnotandum, quod Zasius l. 2. singul. intellect. c. 6. aduersus communem distinctionem existimat, minus congruam esse illam differentiam, qua in vulnere ipso lethali fit: nempe, ut sit aliud vulnus lethale simplex, aliud vulnus lethale, ex quo mors certa fit. Scribit etenim, paria iure censeri, quod vulnus sit lethale, & quod certum sit aliquem ex vulnere mori. text. singularis in d. l. ita vulneratus. in vers. sed & hi. & vers. igitur. Nec requiritur secundum in iure quo ad naturalia ea certitudo, qua non fallat, sed ea sufficiat, qua communiter contingere solet. iura ff. de legi. gloss. in iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis. vers. ut personale. Potest igitur in iure certum esse, quod vulnus sit mortale certitudine positiva, & civili: potest tamen vulneratus ex vi naturæ superuiuere. l. 1. ad finem. ff. ad Syllaniam. non igitur consideramus certitudinem, qua per occulta naturæ fundatur, sed qua ex communiter accidentibus veniat, & ex verisimilibus procedat. Idcirco ipse Zasius aliter hanc controuersiam dirimere conatur, existimans, vulnerantem mortifere non teneri de occiso, sed tantum de vulnere quoties vulneratus demum fuerit ab alio percussus, ex eaque percussione statim exanimatus. dicit §. Celsus. teneri ante utrumque de homicidio, si ex percussione posteriori non fuerit statim mors secuta, & percussus exanimatus. d. l. ita vulneratus. Ex quo hoc procedit, ubi non potest apparere, nec apparet, an ex posteriori, vel ex priori vulnere sit vulneratus extinctus: licet constet, quod posterior ictus mortem à primo vulnere illatam accelerauerit: sicut in eadem l. ita vulneratus. probatur, & hæc quidem de posteriori vulnere manu hominis illato. Nam si mors sit secuta post priorē percussionem, non manu hominis, sed alio euentu: primus percussor tenebitur de vulnere tantum. l. hinc scriptura. §. si seruus ff. ad leg. Aquil. quia casus fortuitus postea contingens non patitur apparere, an hic vulneratus ex priori vulnere occiderit. Hæc Zasius. cuius sententia non omnino mihi certa est. Nam & in hoc ultimo casu, sicut fortuitus casus non patiebatur apparere, an hic vulneratus occiderit ex priori vulnere: ita & posterior percussio manu hominis illata nigime permittit scire, an primum vulnus percussum exanimauerit, & occiderit. igitur parratio parem constituit utrumque casum. deinde iuris certitudo sufficiens non est ad punitionem ordinariam homicidij, nisi sequatur vere

mors: Etenim etiam si vulnus lethale sit, non licet pœna homicidij punire vulnerantem priusquam mors fuerit secuta: poterit enim contingere, quod vulneratus lethali text. in d. l. hinc scriptura. §. si seruus. Nec erit in hoc casu percussor irregularis, si mors non fuerit secuta, licet vulnus opinione mortiferum. ex quibus fallentem ipse communem

Quarta constituitur species, quædo vnus est à pluribus percussus: & tandè ex vulneribus illis morte obierit: nec constet, eum potius ex vno quam ex alio vulnere mortuum esse: tunc equidè omnes percussores de homine occiso tenentur. dicit. i. item Mela. §. sed si seruum percussit si plures. & in d. l. ita vulneratus. in princip. gloss. in l. si in rixa. ff. de iur. & ibi Bart. col. penult. vers. si vero non potest. Andr. de Iern. & inibi disceptat. Matth. de Afflict. in d. §. 2. nu. 69. Ioan. Igeus in d. l. 1. §. si quis in villa. nu. 26. Ludouic. Carre. in d. §. 2. nu. 69. Ioan. Igeus in d. l. 1. §. si quis in villa. nu. 26. Ludouic. Card. Anan. & Felin. in d. c. significasti. nu. 10. l. s. 77. Decem quo ad irregularitatem probat text. in d. c. significasti. vers. quod de homicid. nu. 46. sed quod omnes percussores in hoc casu puniantur pœna extraordinaria, non ordinaria ob incertitudinem, notant Alex. conf. 15. lib. 1. & Hippolyt. conf. 10. qui tamen rem istam consue nimis tractantur. Nec potest vere probari eorum opinio: cum illud certum sit, omnes hos percussisse, & percussum ex his vulneribus mortuum obisse. qua ratione certum est, omnes percussores esse occidisse. Non me lateat, quibusdam videri, hanc opinionem quam ipse probauit, à multis damnatam esse: sed contenti libenter, eos non huius quarti casus questionem, sed sequentis definire, licet Matthæ de Afflict. ad si. quæst. videtur probare opinionem Alex. & item Anch. conf. 216. cuius verba Anania in d. c. significasti. refert, nu. 24.

Quintus casus proponitur: quoties quis vno tantum vulnere lethali fuerit percussus, nec appareat à quo veniat vulnere plures in consuetu rixæ eodem contenderint: vel fuit à pluribus multis vulneribus, quorum vnum tantum est mortiferum, vulneratus: nec constat, quis id vulnus intulerit. & sane in hoc casu, omnes puniendos fore pœna extraordinaria arbitraria, & neminè ex eis ordinaria probat Regal. s. 55. optime tenet Anch. in d. conf. 216. Anan. in d. n. 24. & ibi Felin. nu. 9. gloss. in d. §. sed si seruum in verb. plures. Alex. in d. conf. 15. lib. 1. & conf. 14. li. 3. Hippolyt. in sing. 227. idè in rubr. c. de probat. n. 1. & in conf. 110. 10. Igeus in d. §. si quis in villa. n. 50. Paul. Paris. in conf. 148. h. 4. n. 3. dicens hæc Opinionem Communem esse. idè facit ea secutus Ludouic. Carre. in d. §. 2. nu. 75. hoc ipsum tenent Gandinus tit. de homicid. 4. col. Alberic. in d. l. si de iur. & ibi Hippo. num. 4. Specu. tit. de homicid. Rubr. de insult. & percuss. col. 6. & titu. de pan. colum. vlt. Ioan. de Imol. in hac constitutione. s. furiosus. col. vlt. Dec. in l. fauorabiles. nu. 6. ff. de regu. iur. & licet gloss. in d. §. si seruum. velit simpliciter neminem puniendum in hoc casu, est intelligenda quo ad punitionem ordinariam secundum omnes. Sic gloss. in cap. capientes. in verb. qui capiebiles. de elect. in 6. & in cap. quiescamus. 42. distinct. qua sententiam, omnes hoc in casu puniendos: & Bartol. in d. l. vltim. obdrebunt quo ad pœnam extraordinariam.

Quo ad irregularitatem vero, etiam gloss. in d. cap. quiescamus. sentiat hanc questionem expressim deciam esse in d. significasti. tamen Ioan. Andr. ibi & plerique alij dubitarunt. Vbi & specula. in tit. de dispensatione. §. iuxta. num. 52. hanc questionem indecisam reliquit. Sicut & Hosti. in tit. de homicid. §. qua pœna. tenentes, quemlibet relinquendum, & obligandū suæ conscientie, ut ipse qui scit, se vulnus lethale dedidisse, irregularem seipsum censet & iudicat. Idem tenent Hostiensis, & Cardin. in d. cap. significasti. vbi Ioan. Andr. atque Anania num. 22. & fere omnes hoc ipsum probant, & sequuntur, idem Nicol. Plouius de irregularitate. regu. 28. Maria. Socin. in d. l. cap. ad audientiam. num. 46. qui tamen post alios admonet, in dubio quo ad forum conscientie contentendum esse, quod quilibet ex his ablineat à diuinis, & se existimet irregularem esse: quod videtur admodum rationi consentaneum ex d. cap. ad audientiam. cuius intellectum nos attingimus in l. huius operis parte. num. 3. & profecto secundum inibi tradita ipse in hac controuersia potius accederet, etiam in foro exteriori, opinioni eorum, qui probant hos omnes irregulares fore censendos: sic etenim placuit gloss. in d. c. quiescamus. & hanc opinionem tutiorē appellat Barthol. Brixien. in quest. dominicali. alias generali. 15. præsertim hanc

sententiam ipse admittere eo casu, constat, omnes istos percussisse occisum. c. vlt. 23. q. 5. & in hoc casu expressim...

Secundo infortur ad eiusdem ca. signific. veram interpretationem quid dicendum sit in eo, quod animo occidendi...

fore. Etenim Communis Sententia. decisum extat, in his casibus locum fore excommunicati. atque eis omnino convenire ratione...

Nono subsequitur hic oportune verus intellectus ad text. in c. Petrus. de homic. ut proponitur quaestio elegans, tan homicidium ab aliquibus perpetratum imputetur eorum...

Primum etenim potest contingere, quod quis dederit causam rixae, & eius amici, famuli vel consanguinei alterum cum eo contententem & pugnantem occiderint, praeter eius voluntatem...

Secundus casus posset constitui, quando potuit prohibere, & prohibuit, & profecto cum ipsius causa, & ob iniuriam ei illatam homicidium fiat: possetque id commode prohibere, visus est maxime consentire, si non prohibuerit, & culpam inde homicidii ad irregularitatem contraxit...

Tertius proponitur casus, quum quis dedit causam rixae, eoque pugnantem inimici alterius accesserunt, & eum occiderunt ratione propriae inimicitiae, non ut negotium istius agerent...

Quarto illud constituitur, quoties quis praesens fuit tractatum habitu super occidendo eius inimico ab eius servis, aut consanguineis, & tamen tacuit: Nam ipse consensit, hunc esse irregulare: non enim est haec simplex taciturnitas, sed ita contingens, ut ad consensum accedat, propterea quod tractatus fiat eius causa...

Quinto, in eadem specie mihi probatissimi iuris est, tene-ri illud, cuius gratia homicidium fieri paratur, eo meliori modo, & forma, quibus poterit crimine hoc impedire, etiam si nec fuerit praesens tractatum: sed tantum scientiam eius habuerit, & fuerit ad vitandum crimen, necessaria eius tractatus revelatio: alioquin erit irregularis, praesertim si malo...



zelo hanc reuelationē omiserit. quod caute est considerandum ex Henric. in d. c. Petrus. tamen si varie Innocen. & alii ibidem in hac quæst. responderint. etenim sepe est culpa istius inpeccanda. vt eum iudicemus irregularē.

Imo & in omnibus his casibus non tantū erit locus irregularitatis. sed & alijs criminis commissi pœnis: quod deducitur ex d. c. confitetur. & in cas. sicut iuris de simonia. Felin. in d. c. Petrus. Bald. in c. veritatis. de dol. & cont. licet non omnino sit pœna ordinaria infligēda: saltē corporalis. aut criminalis.

Decimo. ex his poterit. examinari. quod notat Guliel. Laudunensis in hac Clem. t. in glo. vlt. scribens. irregularē esse eum. qui alterum percussit. licet non mortifere. si propter eam percussorem ex imperitia medici. aut ex malo corporis regimine obierit. hoc ipsum tenent Ludou. Car. in pract. cri. tit. de homicid. §. 6. nu. 322. vbi limitat. idē notat. Hēric. in d. c. significasti. in 2. de homi. col. 2. quibus aduersus Caiet. in 2. 2. quæstio. 64. art. 8. ex hoc inquit. 7 excusatur non intendens occidere percussor ab homicidio. quando mors ex mala cura. vel regimine sequitur. sed quia quo ad irregularitatem superius diximus esse voluntariū homicidium. quod sequitur ex vulnere illato. licet percussor non haberit animum occidendi. cum habuerit animum vulnerandi: saltē hęc volūtas fertur in homicidiū magis. vel minus indirecte iuxta percussoris & instrumenti qualitatē: ipse virorem esse opinor opinionē Guliel. & Hēric. nec enim negari potest. hunc vulneratū mortem obiisse ex vulnere. vt fere causa propinqua. Nam ex eo secuta fuit mors: siquidem non illato illo vulnere percussor minime ex ea causa mortem obiisset. Quod præmissa percussoris culpa satis est ad irregularitatem ex homicidio constituendam. c. de cetero. de homi. text. ad hanc decisionē in specie singul. in c. tua nos. in princ. de homi. etenim quod non fuerit adhibita diligentia in medicamine vulneris. per accidēs ad mortem pertinet: ipsum autem vulnus directē. & per se mortem intulit. At in c. exhibita de hom. nullam habuit culpam is. qui ab irregularitate excusatur. quia si culpam aliquam habuisset in ipso vulnere inferēdo: profecto irregularis foret iudicandus. si ex vulnere. etiā culpa medici. vel incuria infirmi. mors foret secuta: sicut inibi sentiunt Innoc. Abb. Ana. & Fel. post Hosti. quorum Opinio Communis est. in hunc sensum. quod illa Decretalis cōtineat ius commune. non dispensationem: & idem tenet gl. vlt. & in verb. corrueus. ex multis quidē. quia culpa defuit. & propter imperitiam medici. & negligentiam ipsius parentis in filii vulnere medendo. & curando. atque Host. Henr. & Fel. sentiunt plurimū excusare medici imperitiam. & incuriā parētum etiā si aliquam culpā habuisset is. de cuius irregularitate inibi agitur: & præterea ætatem eius puerilē fuisse considerandā existiment: & deinde causam vulneris remotam esse Innoc. Pan. & Ana. opinātur. nō satis esse sufficientem excusationē ipsius medici imperitiā. si culpa præcessisset. propinqua ipsius vulneris: quid sit. omnes mihi in hoc conuenire videntur. vbi contigerit culpa propinqua vulneris. ex quo fuerit secuta mors. non excusari quenquam ex imperitia medici. nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati. Quod si vulnus illatum esset adeo leue. quod nullo. vel modico medicamine percussus posset liber. & sanus euadere: & tamen vulneri appositum est venenum: tunc percussor. ni fallor. non esset iudicandus irregularis. quia ex veneno potius. quā ex vulnere percussus moritur.

His tamē addendū est. non imputari quo ad l. Aquil. nec quo ad pœnā ordinariam homicidiū vulnerati. non mortifere. si id fuerit secutum culpa medici. vel vulnerati. l. qui occidit. §. vlt. ff. ad l. Aquil. notatur in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ad l. ad l. gl. quam ibi notat Bal. & Dd. in l. si ab hosti. §. 1. ff. solut. mat. quam dixit esse aureā Fel. in c. presb. de hom. est & ad hoc gl. in d. §. si mancipi. quam cōmendat Aret. in §. vlt. inf. de empr. & ven. tradit Bologn. conf. 5. col. 3. & Hipp. in pract. §. & quia. n. 18.

Ceterum Ang. in d. §. si mancipi. scribit. quod vbi vulnus est in dubio an sit mortiferū. vel ne. & ipse vulneratus vocauerit ad medelam medicū imperitum. præsumendū erit. mortē cōtingisse culpa medici potius. quā ex ipso vulnere. idem sentiūt gl. Bar. & Dd. in d. c. l. si ab hosti. §. 1. Flor. in l. ait. lex. §. 1. ff. ad l. Aquil. text. opt. in l. si ex plagis. in princ. ff. cod. tit. vbi probatur. percussorē non teneri de morte. sed de vulnere. si percussus adhibuit ad medelā incantatorem: quod Soci. notat conf. 178. col. 4. l. 2. Vnde illud est constituendum. vulnerantem in his casibus sepe teneri de vulnere. Sed quo-

ad hanc decisionem Angel. oportet aliquot casus distingere.

Primus equidem casus constat. quando est dubium. an vulnus sit mortale. aut appareat illud non esse mortale. tunc etenim obtinent ea quæ modo adnotauimus. in presb. tamen. & in vers. ceterum.

Secundus casus proponitur. quoties cōstat iudicio medicorū. vulnus fuisse. & esse mortiferū: & in hac specie tunc percussus medicū non adfuerit. aut tandem imperitiū moriatur. homicidiū percussori imputatur. nō tantū vulnus: sicuti sentit Alex. in d. l. si ab hosti. §. 1. col. 2. eleganter Soc. in d. conf. 178. col. 2. gl. & Alber. in l. huius scrip. ff. ad l. Aquil.

Tertius casus constat ex primo. Nam vbi apparet. vulnus non esse mortiferum. & tandem mors fuerit secuta. præsumitur. eam ex culpa medici vel infirmi processisse. quod notat Platea in l. neci semel. C. de re mil. li. 10. Fel. in d. c. presb. col. 2. Soc. in d. conf. 178. col. 2. sentit Bal. in d. l. si ab hosti. §. 1. & in d. l. qui occidit. §. vlt.

Quartus casus cōtingit. quoties. quis moritur ex febris. & morbo accidenti ratione vulneris: tenebitur etenim percussor de homicid. non tantū de vulnere. text. in d. c. presb. vbi Felin. post gloss. & alios. & licet inibi tractetur de irregularitate. idem erit propter eandem rationem quo ad alias pœnas. quemadmodum docet Albe. 2. part. stat. 9. 37. Lud. Carro. alios allegans in pract. tit. de homicid. §. 2. n. 74. idē latius in §. 6. nu. 522. tamen si existimet. etiam in hoc casu non esse percussorem puniendum pœna ordinaria: quod eleganter tradit Cæpol. conf. 62. Qua in re iudicio medicorū maxime standum erit secundū eosdem. & Ripam in tract. de pœnis. per §. medicorum auxilio. n. 138. Alex. in l. si in stipulatus esse. ad l. vlt. col. ff. de verb. obl. Bologn. in conf. 5. col. 8. text. ad hanc. & similia in l. mortuus. & ibi Bart. ff. loca. Abb. & Anan. in d. c. presb.

Quoties vero diximus. præsumi vulneratū obiisse ex culpa medici aut ipsius infirmi: atq; ideo non teneri percussorem de homicidio. sed de vulnere: id est intelligendum quo ad mortis pœnam. non quo ad alia. vt explicat Hipp. in conf. 7. Ludo. Gome. in reg. cancel. de infirmis. q. 11. vbi tractat de iudicio medicorū post Bart. in l. vlt. ff. de sicar. n. 12.

Quod si coniter. vulneratū ex percussione obiisse. tunc nihil refert ad punitionem. quod ex intervallo. vel intra breue tempus decesserit Bart. in d. l. vlt. ad §. 1. de iur. Hipp. in 63. & in d. conf. 7. Anch. Card. Abb. & Fel. in d. c. presb. Anan. in c. 2. de cler. percuss. text. in l. ait. lex. & in l. si ex plagis. in princ. ff. ad l. Aquil. notat Pan. in d. c. 2. de cler. percuss. tamen præsumptio non leuis. sit. mortem ex vulnere non esse secutam. quando percussus ex intervallo mortem obierit: præsertim postquam semel conualuerit. text. opt. in d. c. presb. & in d. c. si quis suminus. §. 1. diffin. in l. 1. Cod. de emenda. seru. sed hoc est semper iuxta medicorum iudiciū censum: vt Bart. & alii notant. in d. c. vlt. Anch. in conf. 283. Bologn. in d. conf. 5. col. 2. deniq; vitū est omnibus his I. V. Doctoribus quorū ad hanc decimam illationem mentionē fecimus. Nec enim aliter poterit commodè quæstio ista definiri. quæ omnino notanda est. quo ad irregularitatis pœnam. & quo ad homicidij vel vulneris illati ordinariam aut extraordinariam punitionem.

§ TERTIVS. De abortu. bello & homicidio.

SVM MARIA.

- 1 Irregularis est. qui abortioni causa dederit: & ibi de huius criminis pœna.
- 2 Bellum iniustum. vel iniustum. an efficiat quem irregularē: & an certum possit pugnare propria manu.
- 3 Dispensare quis possit super irregularitate contracta ex homicidio voluntario.
- 4 Episcopus potest dispensare cum homicidio voluntario. occulto tamen.
- 5 Quis potest dispensare cum homicida casuali. quo ad irregularitatem.
- 6 Episcopus potest dispensare cum homicida voluntario. quo ad retentionem beneficii.
- 7 Homicida beneficio ecclesiastico priuandus per sententiam. an possit tamen ante priuationem eidem beneficio renuatiare.

Vndecimo. ad hunc irregularitatis tractatum admodum pertinet inquirere de eo. qui abortioni causam dederit. an & homicida sit. qui abortionis crimen commiserit. eidem causam exhibens? cui quæstioni prænotanda sunt pluchra Ciceronis verba in oratione pro Aulo Cluentio: cuius pars refertur à Iurifico sulto in l. Cicerone ff. de pœnis. Etenim cū ad v. esset de punitione fieri. cū quidā. quæ ob pecuniā factū nōdum animatū potionebus sumptis abegit. subdit Cic. Nec iniuria. quæ spem parētis. memoriam nominis. subsidiū generis. hæredē familie. de-

Signa  
com  
per it  
in ho  
stiatu  
am  
cur  
N  
qui n  
dante  
m  
hanc v  
hoc cit  
hoc cit  
de pro  
ca de h  
1345  
idē m  
Ful  
ange  
plo co  
ner De  
Januor  
Planus  
matum  
hac qui  
sen veg  
dem qu  
in par  
nimal  
ne perf  
uante  
sen veg  
Aristot  
mam qu  
que sit  
Non  
spontu  
tus nor  
non est  
puniti  
iurem ff  
u. de  
2. nat  
& Fel  
tus ani  
dum al  
dū ani  
men ac  
na qui  
com  
Quo  
ortu fe  
id dol  
pregn  
prater  
cus po  
pro m  
fau. &  
& dol  
& eius  
quæ  
Hun  
pol. qu  
a culp  
ortu  
pregn  
nura  
cem  
mata  
esse. v  
& Fel  
Maris  
rante  
mort